



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Caroli Carafa Episcopi Aversani Commentaria De
Germania Sacra Restavrata, sub Summis PP. Gregorio XV,
& S. D. N. Urbano VIII. Regnante Aug. & Piiss.mo Imp.
Ferdinando Secvndo**

Carafa, Carlo

Coloniae Agrippinae, 1639

Sanctissimo D. N. Urbano VIII, Pont. Opt. Max. Carolvs Episcopvs
Aversanvs Summam, ac æternam fælicitatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13087

SANCTISSIMO D. N.
VRBANO VIII,
PONT. OPT. MAX.
CAROLVS EPISCOPVS AVERSANVS
Summam, ac æternam felicitatem.



*Quoniam gravaris, in alio
quovis Templo Nationes
gentium tuam Sanctissi-
mam venerari Majesta-
tem, sapientes tuæ vocis
Oraculum sumere Prin-
cipes, ac Reges visibile
Sanctitatis tuæ Numen
adorare; quam in veræ, solidæque gloriæ Templo,
quod ipse per summam virtutem cœlitus emissam
construxisti; non quidem partem angustæ illius,
sed totam hanc immensam comprehendens Hie-
rusalem: cujus amplitudo contermina est tuo do-
minio, quod tamen Cœlo, ac Dei ipsius dominio
conterminum est: aspicias in hac Historia mira-
bilis ejusdem Templi partem non minimam; quam
cum ego in Germania erigendi minister affuerim,
ab alio fortasse nemine sincerior ejus, aut certior
exprimeretur imago. Et quamvis timendum non
sit, ne tua præclara, ac ferme divina gesta in ullo
immensitatis angulo, aut Æternitatis sæculo ob-
scura jaceant; cum penetrabili Spiritus sancti tu-*

*ba Mundo aperiantur, tamen patiatuſ ſumma
tua clementia, hoc opus in ſanctiſſimorum Pedum
veſtigiis ſtabilire fundamenta, ſiquidem in hoc
etiam non ſine ſumma poſteriorum admiratione
glorioſiſſima tuæ Sanctitatis acta, Dei non mi-
nus, quam veritatis voce exponentur.*



COM-